manuscript

Seite 234r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



si hoc magis probas Vox est ad
mirantis Admiranda prorsus
et stupenda illa similitudo quam
dei visio comitatur vino que dei
visio est Ego aut dico in caritate
Caritas illa visio illa similitudo
est Quis non stupeat karitate
dei spreti et reuocantis Merito
iniquus arguitur ille qui supra
inductus est dei similitudinem
vsurpans sibi cum diligendo ini
quitatem neq; se possit diligere
neq; deum Sic enim habes Qui
diligit iniquitatem odit aiam
suam Facta igitur de medio ini
quitate que eam que ex parte
est dissimilitudinem facit erit
vnio spus erit mutua visio mu
tuaq; dilectio Siquidem venie
te qd perfectum est euacuabitur
qd ex parte est eritq; ad alter
utrum casta et consumata di
lectio agnitio plena visio mani
festa coniunctio firma sotietas
indiuidua similitudo perfecta
Tunc cognoscet anima sic cognita
est tunc amabit sicut amata
e et gaudebit sponsus super
sponsam cognoscens et cognitus
diligens et dilectus Ihs xpus
dns nr qui est super omnia
deus benedictus in secula Amen

234